UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Ethica Amoris, Sive Theologia Sanctorum, Magni Praesertim Augustini, Et Thomae Aquinatis

Circa Universam Amoris & Morum Doctrinam, Adversus Novitias Opiniones Strenuè propugnata, Et In Materiis Principaliter Hodie Controversis Fundamentaliter discussa

De Sacramentis In Genere Et Specie - Libros Octo Complectens

**Henricus, de Sancto Ignatio**

**Leodii, 1709**

Index Libros simul & Capita Tomi tertii complectens.

urn:nbn:de:hbz:466:1-73212

Visual Library

# INDEX

## Libros ſimul & Capita Tomi tertii complectens.

### LIBER PRIMUS.

Amor ad Deum per Sacramenta perducens; ſive de Sacramentis in genere.


CAput 1. *Sacramenti natura ac diviſio, novæque legis Sacramentorum à Sacramentis Moſaycæ legis diſcrimen.* page 1

Caput 2. *Numerus Sacramentorum novæ legis.* 2

Caput 3. *Sacramentorum novæ legis diviſio.* 4

Caput 4. *Omnia novæ legis Sacramenta Chriſtus Dominus immediatè inſtituit. Non videtur tamen fide certum, ſic omnia per ſeipſum immediatè inſtituiſſe, ut pro nonnullis uſus non fuerit miniſterio Apoſtolorum, tamquam executorum mandati ſui; in eo proinde non agentium virtute & authoritate propriâ & principali (ſicut in conditione legum Eccleſiaſticarum) ſed virtute & authoritate Chriſti, tamquam cauſæ principalis; nec ſuo, ſed ipſius nomine, ac mandato. Sic proinde ut tota inſtitutio Chriſto adſcribenda ſit.* 4

Caput 5. *Omnia novæ legis Sacramenta perficiuntur rebus tamquam materiâ, verbis tamquam formâ.* 5

Caput 6. *Materiam & formam Sacramentorum novæ legis Chriſtus ſic inſtituit, ut à ſe inſtitutam Eccleſia immutare non poſſit, nec immutandi poteſtatem Chriſtus ipſi reliquerit.* 5

Caput 7. *Sacramentum eſt nullum, quoties materia, vel forma à Chriſto inſtituta, ſubſtantialiter mutatur. Secùs ſi accidentaliter tantùm. Mutationis ſubſtantialis modi quinque recenſentur.* 7

Caput 8. *Peccat graviter contra religionem & charitatem, qui (citra cogentem neceſſitatem) ſciens & volens, adminiſtrat Sacramentum cum materia vel forma ſolùm probabiliter valida, relictâ eâ, quæ certi valoris eſt.* 8

Caput 9. *Occurritur argumentis, quæ objiciuntur adverſus dicta capite præcedenti.* 10

Caput 10. *Solis hominibus, non Angelis, data eſt à Chriſto poteſtas Sacramenta conficiendi, & adminiſtrandi. In quorum tamen miniſterio, ſolus Chriſtus eſt Miniſter principalis.* 11

Caput 11. *Ad validam Sacramentorum confectionem neceſſaria non eſt fides, nec probitas Miniſtri; neceſſaria tamen eſt interna voluntas ipſius, quâ intendat facere quod facit Eccleſia, facere utique Sacramentum.* 12

Caput 12. *Satisfit argumentis in contrarium.* 15

Caput 13. *Tametſi defectum, ſeu intentionis Miniſtri, ſeu materiæ vel formæ, reſpectu adultorum, quoad gratiæ neceſſariæ effectum, ſupplere poſſit votum Sacramenti: reſpectu infantium, ſine baptiſmo morientium, non ſupplet miſericordia Dei.* 18

Caput 14. *Opportuna digreſſio, quâ variis exemplis oſtenditur, quàm verè, quamque ſapienter Pallavicinus dixerit, noſtræ de divina miſericordia exiſtimationi evagandum non eſſe extra eos fines, quos Deus per ſacras Litteras commonſtravit. Qui hos fines auſit prætergredi, ſpecie pietatis in errores labi.* 19

Caput 15. *Ad perficiendum Sacramentum non ſufficit habitualis intentio Miniſtri: nec requiritur actualis: ſufficit virtualis.* 21

Caput 16. *Mortaliter haud dubiè peccat Miniſter, Sacramentum quodcumque adminiſtrans cum conſcientia peccati mortalis.* 23

Caput 17. *Miniſter ſibi conſcius peccati mortalis, tenetur ſacramentaliter confiteri, priuſquam Sacramentum quodcumque adminiſtret, ſi Confeſſarii copia non deſit, & neceſſitas ſtatim ſuccurrendi proximo extremè periclitanti non obſit.* 24

Caput 18. *Peccatori occulto, publicè petenti, Miniſter negare non debet Sacramentum. Sed illud negare debet peccatori occulto, occultè petenti, ſicut & peccatori publico, ſive occultè, ſive publicè petat. Nec metus mortis excuſat adminiſtrationem ſcienter factam indigno; uti nec ſimulatam Sacramenti adminiſtrationem.* 26

Caput 19. *Omnes curam animarum habentes, ad miniſtrandum Sacramenta ſæpè tenentur, cum periculo mortis.* 28

Caput 20. *Momentoſa, ex dictis capite præcedenti, Corollaria derivantur.* 30

Caput 21. *Ad validam ſuſceptionem Sacramentorum Baptiſmi, Pœnitentiæ, Extremæ Unctionis & Matrimonii, requiritur poſitivus conſenſus adulti ſuſcipientis. An etiam ad validam ſuſceptionem Confirmationis & Ordinis, necnon ad fructuoſam ſuſceptionem Euchariſtiæ? controvertitur.* 31

Caput 22. *Ad licitam receptionem Sacramenti vivorum, ſtatus gratiæ uſque adeò requiritur, ut ſacrilegium committat, quiſquis diſpoſitionem pro gratia habituali comparanda neceſſariam ſcienter omittit, etiam in caſu quo neceſſitas non concedit tempus comparandæ contritioni neceſſarium.* 32

Caput 23. *Conſcientiam habens peccati mortalis, ſacramentaliter confiteri tenetur, antequam recipiat Sacramentum vivorum.* 33

Caput 24. *Nullum aliud Sacramentum, à non baptizato validè & fructuosè recipi, verum eſt, & ſecundùm hoc procedendum in praxi, ſed dubitabile, non omninò certum in ſpeculatione.* 33

Caput 25. *Licitum ſubinde eſt Sacramenta petere & recipere à Miniſtro malo, etiam hæretico, ſchiſmatico, vel aliàs excommunicato, non tolerato; ſi mortis neceſſitas urgeat. Imò & abſque neceſſitate à Miniſtro malo, tolerato, ſi copia non ſit probi Miniſtri.* 34

Caput 26. *Sacramenta omnia novæ legis gratiam ſanctificantem dignè ſumentibus conferunt ex opere operato, ſicut & opportuno tempore gratiam actualem (quam vocant) ſacramentalem, uſui ac fini cujuſque Sacramenti propriam, & accommodatam.* 35

Caput 27. *Tametſi ſola Sacramenta mortuorum, Baptiſmus ſcilicet & pœnitentia, per ſe, ſive ex*

primaria ſua inſtitutione, conferant primam gratiam; reliqua tamen Sacramenta per accidens eam ſubinde conferunt. 35
Caput 28. Sacramenta ejuſdem ſpeciei conferunt ex opere operato majorem gratiam meliùs diſpoſitis: æqualiter diſpoſitis (v. g. Baptiſmus infantibus) æqualem. 37
Caput 29. Non omnia Sacramenta fictè ſuſcepta, ſublatâ fictione reviviſcunt; ſed ſolus Baptiſmus, & fortè duo alia characterem imprimentia, Confirmatio ſcilicet, & Ordo, fortè etiam Matrimonium. 37
Caput 30. Per nulla Sacramenta, per nullam etiam contritionem, peccata poſt Baptiſmum commiſſa, remittuntur abſque ordine ad claves. 38

## LIBER SECUNDUS.

Amor regenerans per Baptiſmum; ſive de Sacramento Baptiſmi.

Caput 1. Baptiſmi definitio, diviſio, & inſtitutio. 39
Caput 2. Baptiſmi obligatio ſolùm incœpit poſt paſſionem & reſurrectionem Chriſti; imò probabilius, ſolùm poſt Evangelium in die Pentecoſtes ſolemniter promulgatum. 40
Caput 3. Materia remota Baptiſmi. 41
Caput 4. Baptiſmi materia proxima. 43
Caput 5. Forma Baptiſmi. 44
Caput 6. Non valet Baptiſmus ſub expreſſo ſolius Chriſti nomine collatus. Nec Apoſtoli ſic unquam baptizarunt. 45
Caput 7. Nunquam valuit Baptiſmus, ſub hac forma collatus: In nomine Patris, & Filii, & Spiritûs ſancti. Amen: prætermiſſis illis: Ego te baptizo. 46
Caput 8. Ad Baptiſmi valorem non ſolùm exprimenda eſt Perſonarum Trinitas, ſub propriis & diſtinctis nominibus perſonalibus, ſed & divinæ naturæ Unitas. 47
Caput 9. Referuntur variæ formæ, de quarum valore dubitare quis poſſet. 48
Caput 10. Miniſter Baptiſmi. ibid.
Caput 11. Subjectum Baptiſmi. 51
Caput 12. Neceſſitas & obligatio Baptiſmi. 56
Caput 13. Infantes omnes, etiam fidelium, & piiſſimorum parentum, ſine Baptiſmo fluminis, & ſanguinis morientes, ſecundùm communem doctrinam veterum Patrum, damnantur ad ignem æternum, tametſi mitiſſimâ præ cæteris pœnâ. 57
Caput 14. Diſpoſitiones ad Baptiſmum ſuſcipiendum adultis neceſſariæ. Ubi fusè de neceſſitate amoris Dei propter ſe, ad Baptiſmum fructuosè recipiendum. 58
Caput 15. Triplex effectus Baptiſmi fluminis. Ubi etiam de effectibus Baptiſmi flaminis, & ſanguinis. 61
Caput 16. Ad conſequendum dictum effectum Baptiſmi ſanguinis, ſeu martyrii, neceſſarius eſt amor Dei propter ſe, ita ut martyrium pro Chriſto, ſive ex amore ipſius ſuſtineatur. 63
Caput 17. Caſus, in quibus Baptiſmus ſub conditione reiterandus eſt. 63
Caput 18. Neceſſitas, officium & obligatio Patrinorum in Baptiſmo adhibendorum. 65
Caput 19. Obligatio baptizatorum ad ſervanda promiſſa baptiſmalia. 66

## LIBER TERTIUS.

Amor roborans per Confirmationem; ſive de Sacramento Confirmationis.

Caput 1. Sacramenti Confirmationis definitio, ſeu potiùs deſcriptio. 69
Caput 2. Confirmatio eſt verum novæ legis Sacramentum. ibid.
Caput 3. Oleum eſſe de neceſſitate hujus Sacramenti certum eſt. 70
Caput 4. Balſamum, oleo mixtum, eſſe de neceſſitate Sacramenti, non eſt ita certum. 70
Caput 5. Chryſma neceſſariò eſſe debet ab Epiſcopo benedictum. An neceſſitate Sacramenti? Communis eſt ſententia quòd ſic; tametſi non uſquequaque certa. 71
Caput 6. Unctio chryſmatis fieri debet, ad modum crucis, in fronte. Si quid horum prætermittitur, Sacramentum eſt nullum: tametſi de eo non omnes conveniant. 72
Caput 7. Impoſitio manûs; vel manuum, veriſimilius eſt eſſentialis, ſive de neceſſitate Sacramenti. 72
Caput 8. Tametſi ſolus Epiſcopus ſit ordinarius hujus Sacramenti Miniſter; ſimplex Sacerdos, ex Summi Pontificis commiſſione, eſſe poteſt Miniſter extraordinarius illius. 74
Caput 9. Non omnia, quæ exprimuntur in forma Latinorum, tradita à Concilio Florentino, ſunt de eſſentia formæ. 75
Caput 10. Subjectum Sacramenti Confirmationis. Ibid.
Caput 11. Sacramenti Confirmationis effectus. 76
Caput 12. Neceſſitas & obligatio ſuſcipiendi hoc Sacramentum. Ibid.
Caput 13. Patrinus Confirmationis. 78

## LIBER QUARTUS.

Amor paſcens, ſive de ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento.

Caput 1. Diviniſſimi Euchariſtiæ Sacramenti multiplex nomen, definitio, inſtitutio. 79
Caput 2. Euchariſtia unicum eſt totale Sacramentum ſpecie morali. Unicum etiam vel plura numero moraliter cenſeri poteſt, ſecundùm aliam, & aliam conſiderationem. 80
Caput 3. Sanctiſſima Euchariſtia eſt verum novæ Legis Sacramentum. 81
Caput 4. Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramentum in re ſtabili & permanente conſiſtit, ante ſumptionem exiſtente, non in ipſa ſumptione & uſu. Ibid.
Caput 5. Euchariſtiæ materia eſt panis triticeus, & vinum de vite. 82
Caput 6. Vinum, quod eſt materia calicis, aquâ modicâ permixtum eſſe debet de neceſſitate præcepti Eccleſiaſtici, non de neceſſitate Sacramenti,

nec de neceſſitate præcepti divini. 84

Caput 7. *Aqua vino permixta in Chriſti ſanguinem unà cum vino immediatè convertitur.* 85

Caput 8. *Materia conſecranda ſic phyſicè & moraliter præſens eſſe debet conſecranti, ut ad ſenſum pronomine* hoc *&* hic *valeat demonſtrari.* 86

Caput 9. *Materia conſecranda per conſecrantis intentionem determinari debet.* 87

Caput 10. *Forma, quâ conficitur venerabile Euchariſtiæ Sacramentum, ſunt verba Chriſti dicentis:* hoc eſt corpus meum. *Et,* hic eſt calix ſanguinis mei, novi & æterni Teſtamenti, myſterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. 88

Caput 11. *Conſecrationis forma in ſolis verbis Chriſti, capite præcedenti relatis, adæquatè conſiſtit, prout omnes Latini tradunt; non in illis, ſimul & antecedentibus vel ſubſequentibus Eccleſiæ precibus, quibus Sacerdos rogat Deum, ut panem in corpus, & vinum in ſanguinem Chriſti transmutare dignetur, prout Nicolaus Cabaſilas, Marcus Epheſinus, Simeon Teſſalonicenſis, aliique Græci Recentiores arbitrantur.* 91

Caput 12. *Corpus Chriſti, factâ conſecratione, verè, realiter, & ſubſtantialiter continetur ſub ſpeciebus panis & vini.* 92

Caput 13. *Catholica veritas, capite ſuperiori aſſerta, probatur ex perſpicuis verbis Salvatoris, hoc Sacramentum inſtituentis.* Ibid.

Caput 14. *Hæretici negantes Chriſtum verè, realiter, & ſubſtantialiter in hoc Sacramento præſentem, contra ſe habent plana & perſpicua Scripturæ verba.* 93

Caput 15. *Habent etiam contra ſe legitimam Scripturæ interpretationem.* Ibid.

Caput 16. *Tertiò contra ſe habent Apoſtolum Paulum* 1. Cor. 10. *&* 11. *Veteriſque Teſtamenti figuras.* 95

Caput 17. *Quartò hæretici contra ſe habent Traditionem omnium Patrum, declarationemque octo Conciliorum Generalium.* 96

Caput 18. *Quintò hæretici contra ſe habent perpetuam totius Eccleſiæ Catholicæ fidem, unanimemque Nationum omnium Chriſtianarum conſenſionem. Unde patet ipſos Novatores eſſe, alienoſque à perpetua Eccleſiæ fide, in quam tota Eccleſia Græca cum Latina conſentit, ſemperque conſenſit.* 101

Caput 19. *Aliarum Nationum in idem conſenſus.* 104

Caput 20. *Sextò hæretici contra ſe habent præſcriptionem.* 109

Caput 21. *Hæretici contra ſe habent rationem Chriſtianam.* 113

Caput 22. *Inania ſunt argumenta hæreticorum ex Scriptura.* 114

Caput 23. *Inanitas eorum quæ objiciunt ex Patribus.* 116

Caput 24. *Auguſtinum totum eſſe ſuum, Berengarius & Calvinus in vanum gloriantur.* 117

Caput 25. *Hæreticorum à ratione argumenta digna non ſunt Philoſopho, multò minùs Theologo Chriſtiano.* 119

Caput 26. *Corpus & ſanguis Chriſti non ſunt realiter & ſubſtantialiter in Euchariſtia per impanationem; ſed per veram realemque tranſubſtantiationem, ſeu converſionem totius ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam corporis, & totius ſubſtantiæ vini in ſubſtantiam ſanguinis Chriſti, manentibus dumtaxat ſpeciebus panis & vini.* 120

Caput 27. *Satisfit argumentis contradicentium hæreticorum.* 122

Caput 28. *Tranſubſtantiatis pane & vino in corpus & ſanguinem Chriſti, in hoc myſterio ſpecies ſacramentales remanent ſine ſubſtantiali ſubjecto, tamdiùque Chriſti corpus & ſanguis ſub illis remanent, quamdiù ſubſtantia panis & vini ſub illis remaneret, ſi per conſecrationem ibi eſſe non deſiiſſet.* 125

Caput 29. *Triplex modus recipiendi hoc Sacramentum.* 126

Caput 30. *Solus homo viator eſt ſubjectum capax receptionis, ſeu ſacramentalis, ſeu ſpiritualis hujus Sacramenti.* 127

Caput 31. *Non omnes qui recipiunt Euchariſtiæ Sacramentum, effectum recipiunt Sacramenti.* Ibid.

Caput 32. *Hujus Sacramenti, dignè ſuſcepti, effectus quinque.* 128

Caput 33. *Graviſſimorum Doctorum ſententia eſt, quòd ad recipiendum gratiæ augmentum, ultra ſtatum gratiæ, uſque adeò requiratur in homine utente ratione, devotio actualis, vel virtualis, ut ſine ea accedentes, licèt à peccato mortali ſint immunes, ſi tamen accedant cum peccatis venialibus, in ipſa Communione commiſſis, tantaque tepiditate & languore, ut iis actualis & virtualis devotio totaliter impediatur, nullum ex ſacroſanctæ Euchariſtiæ perceptione gratiæ augmentum conſequantur.* 129

Caput 34. *Contrariis argumentis obviam itur.* 131

Caput 35. *Decipiuntur multi & valdè multi Chriſtiani, etiam Sacerdotes & Religioſi, qui ex eo quòd abſtineant à peccatis mortalibus groſſis & viſibilibus, exiſtimant ſe diſpoſitos ad dignam fructuoſamque Communionem, cùm non ſint.* 132

Caput 36. *Diſpoſitiones à Sanctis requiſitæ explicantur, earumque neceſſitas confirmatur.* 134

Caput 37. *Regulæ ſecundùm quas determinandum eſt Confeſſarius, quid expediat pœnitentibus circa frequentem, vel minùs frequentem S. Euchariſtiæ perceptionem.* 137

Caput 38. *Monita Sanctorum, illuſtriumque Doctorum, circa Communionem, ejuſque frequentiam.* 138

Caput 39. *Allatis Sanctorum monitis omninò conſentaneæ ſunt Regulæ viginti novem, circa S. Communionem traditæ ab Illuſtriſſimo, pariterque ſapientiſſimo D. Guidone de Seve, Epiſcopo Atrebatenſi, in ſuo Decreto de die* 5. *Auguſti* 1695. 141

Caput 40. *Ad judicandum, num pœnitens habeat diſpoſitiones à Patribus requiſitas, præſertim amorem, de quo capite* 38. *vel etiam gratiam ſanctificantem, attendendum non quid dicat, ſed quid faciat; nec tam habenda eſt ratio ſterilium cogitationum, reſolutionum, deſideriorum, vel momentanearum affectionum ipſius, quàm ad opera, mores & vitam.* 143

Caput 41. *Idipſum oſtenditur ex communi ſenſu omnium hominum, inaneque oſtenditur effugium*

*Recentiorum, dicentium, de vera contritione, veraque Communione judicandum ex operibus internis, non externis.* 145

Caput 42. *Ad Communionem indignè & infructuosè acceſſiſſe probantur, qui poſt Communionem in conſueta crimina æquè citò, facilè & frequenter relapſi ſunt, ut antè.* 147

Caput 43. *Ampliùs oſtenditur, eos qui Pœnitentiæ & Euchariſtiæ Sacramenta fructuosè recipiunt, citò & facilè in crimina non relabi.* 150

Caput 44. *Ex dictis confutantur propoſitiones* 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 11. *capite* 34. *recenſitæ, Adverſariorumque objecta diſſolvuntur.* 153

Caput 45. *Confutantur propoſitiones, ſeptima permittens, & octava conſulens Communionem Sacerdotibus & Laïcis confeſſis, ipſo die commiſſæ fornicationis, vel adulterii, vel ſodomiæ, vel beſtialitatis.* 154

Caput 46. *Ampliùs duæ illæ propoſitiones confutantur quadruplici ratione. Quarum* 1ª. *petitur ex enormitate magna fonicationis, & aliorum peccatorum carnis in Sacerdote.* 2ª. *ex eo quòd ſanctitati Corporis Chriſti magnoperè adverſentur.* 3ª. *ex inſito Chriſtianis animis ſenſu communi, quo apprehenditur velut quidpiam valdè indignum, quòd Sacerdos ab ara Veneris & diaboli poſt paucas horas ad aram Chriſti tranſeat, ad ibi exercendum Sacerdotis officium.* 4ª. *ex difficili & rara, neque ex pauculis gemitibus præſumenda converſione Sacerdotum, flagitia carnis perpetrantium.* 158

Caput 47. *Secundùm ordinariam gratiæ œconomiam, rara & difficilis eſt Sacerdotum ( in fornicationem lapſorum ) plena converſio, ſive ex toto corde; ideòque citò & facilè non præſumenda; nec promiſſionibus ipſorum fides ( ſine cautione dignorum pœnitentiæ fructuum ) adhibenda; nec ( ſine ea cautione ) ipſis abſolutio; multò minùs Communio, & Miſſæ celebratio concedenda.* 161

Caput 48. *Non ideò Sacerdoti, taliter lapſo, pauculis poſt fornicationem nocte commiſſam horis, impartienda eſt abſolutio, nec permittenda celebratio, quòd ex ſtatuto Ordinis debeat celebrare, vel in die feſto Parochi miniſterium exhibere populo, alioqui Miſſam non audituro: etiamſi ſermo ſit de Sacerdote vitæ hactenùs probatæ, cui infeliciter, primâ jam vice, ruina iſta acciderit.* 163

Caput 49. *Confutatur adhuc propoſitio nona, quoad id quod dicit de pollutione voluntaria, & oſtenditur ſacram Communionem ne quidem eam confitentibus conſulendam, imò nec permittendam ipſo die voluntariæ pollutionis.* 165

Caput 50. *Confutatur propoſitio nona:* Communio multò magis conſulenda eſt conjugatis, ipſo die copulæ habitæ causâ voluptatis. 167

Caput 51. *Confutatur propoſitio decima:* Extra culpam eſt quiſquis Euchariſtiam ſumit, ſibi non conſcius peccati mortalis. 168

Caput 52. *Nullus ſibi conſcius peccati mortalis, quantumvis ſibi contritus videatur, abſque præmiſſa ſacramentali Confeſſione ad ſacram Euchariſtiam accedere debet: dummodò non deſit copia Confeſſoris. Quòd ſi neceſſitate urgente, Sacerdos abſque previa Confeſſione celebraverit, quamprimùm confiteatur.* 168

Caput 53. *Legitimè confeſſus omnia mortalia, memoriæ occurrentia, ſi poſteà ante Communionem recordetur alicujus mortalis, in Confeſſione inculpatè obliti, tenetur pro illo ante Communionem redire ad Confeſſarium, ſi commodè poſſit.* 170

Caput 54. *Tametſi indefinitè ſacrilegi non ſint, qui ad ſacram Communionem accedunt, antequam condignam de delictis ſuis pœnitentiam egerint: ex communi tamen SS. Patrum, graviſſimorumque Theologorum ſententia, nemo lethalium, ſaltem graviorum reus, & maximè carnis, tametſi confeſſus, ad ſacram Communionem accedere debet, niſi præmiſſis per aliquod tempus pœnitentiæ, ſeu pietatis operibus expurgatoriis.* 171

Caput 55. *Nullus poſt cibum vel potum, quàmlibet minimum, licitè ſacram Euchariſtiam ſumit, niſi in caſibus ab Eccleſia vel à jure admiſſis.* 173

Caput 56. *Nec parvulis, nec adultis ſacratiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti perceptio, in re, neceſſaria eſt neceſſitate medii, nec parvulis in voto. An adultis neceſſaria ſit in voto, neceſſitate medii, ad hoc ut acceptam gratiam conſervent, in eaque contra tentationes perſeverent? incertum. Saltem ipſis neceſſaria eſt neceſſitate præcepti divini, ſi ſufficienti ad hoc ratione utantur.* 176

Caput 57. *Nec divino Communionis præcepto, nec Eccleſiaſtico ſatisfit per Communionem ſacrilegam.* 178

Caput 58. *Satisfit nonnullis quæſtionibus concernentibus præceptum Concilii Lateranenſis, cap.* omnis utriuſque ſexûs, *ſtatuentis, ut* omnis utriuſque ſexûs fidelis, poſtquàm ad annos diſcretionis pervenerit, ſuſcipiat reverenter, ad minus in Paſcha, Euchariſtiæ Sacramentum: niſi fortè, de proprii Sacerdotis conſilio, ob aliquam rationabilem cauſam, ad tempus, ab hujuſmodi perceptione duxerit abſtinendum. 178

Caput 59. *Ad ſatisfaciendum Communionis præcepto, ſeu divino, ſeu Eccleſiaſtico, Laïci non tenentur ſub utraque ſpecie communicare.* 180

Caput 60. *Miniſter validè conficiens hoc Sacramentum eſt omnis & ſolus Sacerdos ritè ordinatus. Ad quem etiam ſolum, velut Miniſtrum ordinarium, ſpectat diſtributio illius. Non ad Diaconum, niſi ex commiſſione Sacerdotis, in caſu neceſſitatis.* 181

Caput 61. *Sacerdos negare debet hoc Sacramentum pueris, nondum rationis uſum adeptis, & amentibus à nativitate. Eam tamen per modum Viatici dare poteſt in amentiam & phreneſim lapſis poſt rationis uſum, ſi abſit periculum irreverentiæ, illudque petierint, dum ratione utebantur. Ubi etiam de ſurdis, mutis, cæcis, & energumenis.* 182

Caput 62. *Peccatoribus publicis, ſive publicè, ſive occultè petentibus, Sacerdos negare debet Communionem, niſi ſufficientia dederint ſigna pœnitentiæ, eaque publica, ſi publicè petant. Occulto verò peccatori, publicè petenti, Sacerdos negare non poteſt.* Ibid.

Caput 63. *Euchariſtia non ſolùm eſt Sacramentum, ſed & verum & propriè dictum ſacrificium.* 183

Caput 64. *Hæreticorum objecta diſſolvuntur.* 184

Caput 65. *Sacrificium Euchariſticum in ultima cœna Chriſtus inſtituit.* 185

Caput 66. *In ſola utriuſque ſpeciei conſecratione con-*

con-

conſiſtit eſſentia ſacrificii Euchariſtici. Ibid.
Caput 67. *Sacrificium Euchariſticum, ſeu Miſſæ, non ſolum eſt latreuticum & regratiatorium, ſed & propitiatorium, & impetratorium pro vivis & defunctis.* 186
Caput 68. *Sacrificium Euchariſticum, ſeu Miſſæ, tametſi ex parte primarii offerentis, reique principaliter oblatæ, ſit valoris infiniti; effectus tamen ipſius, tam ex opere operato, quàm per modum impetrationis, eſt ſimpliciter finitus.* 187
Caput 69. *Notabilia de applicatione fructûs ſacrificii Euchariſtici.* Ibid.
Caput 70. *Oſtenditur pro quibus ſit vel non ſit licitum offerre ſacrificium.* 188
Caput 71. *Intentio, quâ ſacrificii Miſſæ fructum applicat Sacerdos, non debet neceſſariò eſſe actualis, vel virtualis, dum celebrat, ſed ſufficit habitualis.* 189
Caput 72. *Exhibentur Decreta S. Congregationis, authoritate Urbani VIII. edita, circa celebrationem Miſſarum.* 190
Caput 73. *Varii caſus reſolvuntur circa Capellanias & Miſſas ex fundatione.* 192
Caput 74. *Caſus circa ſtipendia Miſſarum, & Miſſas ex ſtipendio.* 195
Caput 75. *Epiſcopi in Synodo Diœceſana, Abbates & Generales Ordinum in ſuis Capitulis generalibus (ſecundùm Tridentinum ſeſſ. 25. c. 4. de reform.) ad minorem numerum reducere poterant Miſſas, quarum eleëmoſyna adeò tenuis eſt, ut non facilè inveniatur, qui velit huic ſe muneri ſubjicere. Verùm hanc ipſis facultatem ſuſtulit S. Congregatio Concilii ſæpiùs citata, quoad onera Miſſarum poſt Tridentinum, vel in limine fundationis impoſita.* 195
Caput 76. *Quilibet Sacerdos, etiam curam animarum non habens, neque ex ſtipendio obligatus, ratione muneris ſacerdotalis per ſe loquendo tenetur ſub gravi culpa aliquoties in anno Miſſam celebrare.* 198
Caput 77. *Omni die, præterquàm Paraſceves, celebrare licet, ſed non omni horâ. Nec pluſquàm ſemel in die, excepto die Nativitatis Domini.* 198
Caput 78. *Secluſâ particulari conſuetudine, vel privilegio, regulariter celebrare non licet ante auroram, nec poſt meridiem.* 199
Caput 79. *Regulariter, & ſecluſo privilegio, celebrare non licet niſi in Eccleſia conſecrata, vel ſaltem benedicta, vel in Oratorio ad Dei cultum dedicato, per Epiſcopum deſignando, & ab ipſo viſitando.* 199
Caput 80. *Celebrare in Eccleſia violata, ſeu polluta, per ſe gravis eſt culpa.* 200
Caput 81. *Ad celebrandum ſub mortali requiritur Altare ab Epiſcopo conſecratum, ſaltem portatile. Requiritur item ornatus Altaris ab Eccleſia præſcriptus.* 201
Caput 82. *Sub mortali etiam requiruntur vaſa ſacra, & veſtes benedictæ, amictus ſcilicet, alba, cingulum, manipulus, ſtola, patena.* 202
Caput 83. *Nonnulla alia requiſita ad debitè celebrandum.* Ibid.



## LIBER QUINTUS.

Amor reconcilians per Pœnitentiam; ſive de Virtute & Sacramento Pœnitentiæ.

CAput 1. *Summi momenti eſt, in adminiſtratione vel uſu hujus Sacramenti non errare.* 203
Caput 2. *Controverſiæ circa uſum adminiſtrationemque Sacramenti Pœnitentiæ, nimia hodie cum animoſitate & commotione agitatæ.* 204
Caput 3. *Ob graſſantem hodie licentiam, quâ ſtrictioris viæ, ſeu Theologiæ Sanctorum ſequaces, à ſectatoribus viæ laxioris, velut Novatores, Janſeniſtæ, Rigoriſtæ, &c. perperàm traducuntur, non debent, qui zelum Dei & veritatis habent, ab incœpto deſiſtere.* 207
Caput 4. *Oſtenditur animoſitates illas, & commotiones, neque ex vero zelo procedere, neque ex ſincero veritatis amore; indeque plurimorum ſalutem impediri.* 208
Caput 5. *Animarum ſaluti non ſola illa calumniandi, zeloſoſque Confeſſarios & Scriptores diffamandi licentia plurimùm officit; ſed & magna illa luxuriantium ingeniorum licentia, per quam in rebus ad ſalutem, atque imprimis ad veram pœnitentiam pertinentibus, variæ opiniones irrepſerunt; quæ in operis decurſu ideò refelluntur, quia magnorum Theologorum judicio nimis laxæ, Sanctorumque doctrinæ videntur adverſæ.* 209
Caput 6. *In hiſce diſceptationibus utrimque cavendus eſt exceſſus, tam ſcilicet laxitatis, quàm auſteritatis.* 212
Caput 7. *Majus eſt hodie periculum excedendi per laxiorem, quàm per ſeveriorem adminiſtrationem Sacramenti Pœnitentiæ.* 214
Caput 8. *Moderni Pontifices, Sanctique hujus & præcedentis ſæculi, magis conqueſti ſunt de pernicie animarum, per dilatatam, quàm per coanguſtatam cæli viam inducta.* 215
Caput 9. *Sancti Patres in hiſce diſceptationibus aſſumendi Judices.* 216
Caput 10. *Poſt ſanctos Patres, traditionem, Eccleſiæque hiſce de rebus ſenſum, diſcere nos oportet potiſſimùm ab Epiſcopis, aliiſque Prælatis, qui primas in Eccleſia partes obtinent.* Ibid.
Caput 11. *Invectivæ Sanctorum, veterum ac noviſſimorum, necnon graviſſimorum Cardinalium & Epiſcoporum adverſus aſſertam per propoſitiones cap. 5. enarratas facilitatem abſolvendi reos gravium criminum, conſuetudinarios, recidivos, &c. priuſquàm magnis precibus, gemitibus, aliiſque laborioſæ pœnitentiæ ac pietatis operibus juſto tempore pulſaverint ad fores divinæ miſericordiæ, ad impetrandam plenæ converſionis gratiam. Cujus facilitatis praxim Sancti vocant miſericordiam falſam, veram crudelitatem, piam impietatem, blandam perniciem, &c.* 217
Caput 12. *De gratia, ſeu dono pœnitentiæ, Deique erga peccatores miſericordia, Authores propoſitionum cap. 5. recenſitarum philoſophantur ex ſenſu ſuo; non ex divina Scriptura, neque ex traditione: ex quibus diſcere ac definire nos oportet, qualem*

*virga peccatores miſericordiam Deus exerceat.* 228

Caput 13. *Specialiter quoad hoc redarguuntur Steyartius, & Author Pentalogi Diaphorici.* 229

Caput 14. *Tametſi Eccleſia nunquam dubitaverit de tanta Dei in condonandis peccatis miſericordia, ut peccatores quoſcumque, quàmlibet multorum & enormium criminum reos, toties in gratiam recipiat, quoties ad ipſum toto corde converſi pœnitent ſicut oportet. Nunquam etiam dubitaverit de data ſibi ab unigenito Filio Dei poteſtate toties remittendi peccata, poſt baptiſmum commiſſa, quoties debita cum diſpoſitione ſuis ea clavibus ſubjiciuntur. Non ideò unquam credidit, abſolutionem à ſe impartiendam peccatoribus quibuſcumque, ſe contritos aſſerentibus, ſtatim atque peccata ſua confeſſi, abſolutionem petiiſſent, cum verbali promiſſione emendationis, tametſi manifeſta non eſſet indiſpoſitio ipſorum.* 232

Caput 15. *Rei grandium criminum, v. g. fornicationis, olim ſacramentaliter non abſolvebantur, niſi poſt actam pœnitentiam canonicam.* 233

Caput 16. *Quando ſpeciales ob cauſas, v. g. ob mortis periculum, ante actam pœnitentiam canonicam, dictis peccatoribus abſolutio data fuit, abſolutionis iſtius valorem & fructum Patres in dubium revocaverunt.* Ibid.

Caput 17. *Compendiosè deſcribitur pœnitentia canonica, olim præſcripta reis gravium criminum, quatuorque illius gradus, ſeu ſtationes, variaque manuum impoſitiones ſuper pœnitentibus.* 234

Caput 18. *Abſolutio ſub finem tertiæ vel quartæ ſtationis, non ante, regulariter data fuit.* 236

Caput 19. *Confutantur Juniores, aientes, abſolutionem, dilatam ad finem uſque ſubſtrationis, vel conſiſtentiæ, non fuiſſe ſacramentalem pro foro interno; ſed cæremonialem, pro foro externo dumtaxat.* 238

Caput 20. *Sola abſolutio ſacramentalis criminum publicorum, canonicâ pœnitentiâ mulctatorum, ad finem uſque proſtrationis, ſeu tertiæ ſtationis, regulariter dilata non fuit; verùm & occultorum.* 242

Caput 21. *Ab eo tempore, quo pro peccatis dumtaxat publicis acta fuit pœnitentia publica, pro occultis occulta (id eſt à ſæculo circiter ſeptimo) quemadmodùm peccatores publici olim abſoluti regulariter non fuerunt, niſi poſt actam pœnitentiam publicam; ita nec occulti niſi poſt occultam.* 245

Caput 22. *Ex illa Eccleſiæ praxi facilè videt, quiſquis oculos habet, veram in remittendis retinendiſque peccatis miſericordiam & benignitatem, ſeu divinæ benignitatis & miſericordiæ imitationem, omnem non excludere rigorem, nec tantam in peccatoribus abſolvendis, pœnitentiiſque injungendis exigere remiſſionem, quantam hodie, juxta opiniones cap. 5. relatas, plurimi practicant Confeſſarii.* Ibid.

Caput 23. *Tametſi in curandis animarum morbis, ſive in abſolutionibus impartiendis, & pœnitentiis injungendis, animarum Medicus, ſeu Confeſſarius, hodie ad amuſſim ſequi non debeat veteris Eccleſiæ morem; aliquouſque tamen imitari debet. Eodem quoque, quo veteres Patres, ſpiritu debet eſſe animatus, id eſt eundem in finem collimare, eaſdemque, quas ipſi, rationes ſibi proponere.* 247

Caput 24. *Rationes principales, ob quas laborioſam olim pœnitentiam, ante gravium criminum abſolutionem, Patres exegerunt, demonſtrant aliquid de rigore illo adhuc hodie retinendum, ad conſequendos fines, quos ſibi veteres Patres propoſuerunt: dummodò non damnetur Eccleſiæ moderna praxis, juxta quam Confeſſarii, ante peractam ſatisfactionem, iis hodie abſolutionis beneficium impartiuntur, quos, juxta divinæ Scripturæ & Sanctorum regulas, judicant plenè converſos.* 248

Caput 25. *Peccatoribus miſericors & juſtus Dominus peccata non remittit, niſi plenè ſive toto corde converſis: ſemiplena proinde converſio, ſeu diſplicentia de peccatis, ad peccatorum veniam non ſufficit, ſed plena requiritur.* 251

Caput 26. *Explicatur peccatoris plena converſio, oſtenditurque quòd ſit totius hominis interioris exterioriſque mutatio.* Ibid.

Caput 27. *Ex ſanctis Doctoribus explicatur plena ſeſe emendandi voluntas, ad plenam converſionem requiſita.* 252

Caput 28. *Explicatur & plenum peccati odium, ad eandem neceſſarium.* 254

Caput 29. *Pleni odii peccatorum, plenæque proinde converſionis, ſeu pœnitentiæ ſigna, ſeu effectus ex Apoſtolo 2. Cor. 7. recenſentur.* 255

Caput 30. *Pœnitentia vera & plena, magnorum præſertim peccatorum, de peccatis commiſſis pœnas exigere, & laborioſa eſſe debet.* 256

Caput 31. *Pro admiſſis poſt baptiſmum criminibus, præſertim gravioribus, non ſufficit dolor parvus & remiſſus, ſed magnus requiritur atque intenſus.* 258

Caput 32. *Seipſos decipiunt multi, & valdè multi, qui ſeſe plenè converſos exiſtimant, cùm non ſint.* 264

Caput 33. *Pauci peccatores, maximè conſuetudinarii, & frequenter recidivi, poſt grandia crimina, aſſumere volunt media, ſibi ad curandos animarum ſuarum morbos, cavendumque relapſum neceſſaria.* 267

Caput 34. *Pauci etiam magni peccatores, maximè recidivi, & conſuetudinarii, ſalutarem & convenientem, pro facultate ſua, admiſſorum criminum multitudine & gravitate ſatisfactionem acceptare volunt, atque ex hoc etiam capite pauci ex ipſis verè ſunt ac plenè converſi.* 269

Caput 35. *Plenam magnorum peccatorum, poſt baptiſmum lapſorum, præſertim conſuetudinariorum, facilèque & citò relabentium converſionem raram eſſe, teſtantur Sancti, Scriptoreſque graviſſimi.* ibid.

Caput 36. *Pœnitentiam ad finem uſque vitæ dilatam valdè ſuſpectam habuerunt ſancti Patres.* 270

Caput 37. *Plena converſio magnorum peccatorum, maximè conſuetudinariorum, facilèque & citò reincidentium in crimina (præſertim tenacia, cujuſmodi ſunt fornicatio, pollutio voluntariè procurata, & ſimilia) eſſe non ſolet repentina, nec tempore perfici breviſſimo; ſed imperfectè primùm concipi, deinde paulatim magis magiſque augeri & firmari, tandemque ad neceſſariam plenitudinem perduci.* 271

Caput 38. *Plena magnorum peccatorum, maximè conſuetudinariorum, &c. converſio, ſecundùm ordinariam divinæ gratiæ œconomiam facilis non*

*eſt, ſed difficilis, difficiliorque in Sacerdote lapſo, quam in Laïco.* 281

Caput 39. *Ad plenam converſionem magni peccatoris magna requiritur Dei gratia & miſericordia, precibus magnis ordinariè impetranda.* 286

Caput 40. *Magnam illam gratiam, ſeu plenæ pœnitentiæ donum, Deus præſtat quidem omnibus pœnitentibus, quomodò & quantùm res tanta petenda eſt (humili utique, ferventi & perſeveranti oratione;) pauci tamen ex magnis peccatoribus, maximè conſuetudinariis & frequenter relabentibus, gratiam illam & donum obtinent, quia pauci petunt, quomodò & quantùm res tanta petenda eſt.* 288

Caput 41. *Ad magnam illam gratiam miſericordiamque impetrandam, magnis peccatoribus, maximè conſuetudinariis, ac recidivis, ordinariè non ſufficit vox ad Deum clamans, ſed requiritur & manus, & animus, magnis gemitibus, pœnitentiæque laboribus, ad fores divinæ miſericordiæ pulſans: id eſt orationi jungenda ſunt interna externaque pœnitentiæ opera; non ut ſatisfactoria pro pœna temporali, quæ ſolvenda ſupereſt, culpâ remiſſâ; ſed ut impetratoria gratiæ converſionis, remiſſioniſque culpæ mortiferæ, ac pœnæ æternæ.* 291

Caput 42. *Ex doctrina capitibus ſuperioribus demonſtrata infertur primò, nimis laxam videri regulam adminiſtrandi Sacramentum Pœnitentiæ, quam tradit Author libri, cui titulus:* Praxis ſolida, & per Eccleſiam communiſſima, remittendi & retinendi peccata. 318

Caput 43. *Infertur ſecundò, ad fundandum prudens judicium de diſpoſitione magnorum peccatorum, maximè conſuetudinariorum, facilèque & citò relabentium, fallacia, inſufficientiaque eſſe plenæ converſionis ſigna, quæ proferunt Reymackers, Author tempeſtatis novaturientis, aliique Juniores: præſertim ſi non ſemel ea præſtiterint abſque ullo promiſſæ emendationis effectu.* 319

Caput 44. *Tertiò infertur æquitas ac juſtitia cenſuræ, quâ Illuſtriſſimus D. Guido de Seve, laudatiſſimus Epiſcopus Atrebatenſis, & unus ſupra triginta Epiſcopi cum ipſo, propoſitionem hanc:* Confeſſarius habet rationabile ſeu ſufficiens motivum credendi, quòd pœnitens ſit verè contritus (poſt relapſus, aut adhuc in habitu peccati, vel in occaſione proxima exiſtens) quando pœnitens atteſtatur, ſe verè eſſe contritum, & Confeſſario clarè & manifeſtè non conſtat contrarium: *hanc (inquam) propoſitionem damnarunt velut* periculoſam, falſam, ſcandaloſam, temerariam, tendentem ad relaxationem Sacramenti Pœnitentiæ. 321

Caput 45. *Quartò infertur, Aſſertores ſuprà memoratæ propoſitionis, à ſapientiſſimo Domino Epiſcopo Atrebatenſi meritiſſimâ cenſurâ notatæ, abuti ſententiâ iſtâ Angelici Doctoris:* In foro conſcientiæ creditur homini pro ſe, & contra ſe. 323

Caput 46. *Quintò infertur, de ſufficienti converſione, ſeu contritione magni peccatoris, maximè citò & facilè relabentis, vel conſuetudinarii, ordinariè prudenter non judicari ex ſolis verbis, quibus dolere ſe, emendationemque promittere dicit, etiamſi verbis illis adjungat gemitus, tunſionem pectoris, lachrymaſque momentaneas, aliaque ejuſmodi ſigna: præſertim ſi Confeſſarius non ſemel expertus fuerit, ſigna illa hactenus ſterilia fuiſſe, id eſt abſque fructu melioris vitæ.* Ibid.

Caput 47. *Infertur ſextò, conſuetudinarium non ideò protinùs judicandum plenè converſum, adeòque ſatis diſpoſitum ad abſolutionem, vel primò quòd ſint primæ vices, quibus confitetur, à tempore quo peccare incœpit, & jam ſe humiliter de peccatis accuſet, totoque corde de iis ſe dolere affirmet. Vel ſecundò quòd aliquoties jam antè confeſſus, à Confeſſario nunquam ſpecialiter fuerit admonitus, nec ulla unquam ad conſuetudinem extirpandam remedia fuerint ipſi præſcripta: nunc autem ad ea ſe paratum exhibeat. Vel tertiò quòd ab ea Confeſſione, in qua de ea extirpanda admonitus fuit, ad hoc nonnihil allaboraverit, nec toties ut antè ceciderit; nec tam facilè & citò.* 324

Caput 48. *Infertur ſeptimò, ſigna ex quibus prudenter judicatur de ſufficienti diſpoſitione magni peccatoris, maximè conſuetudinarii, vel facilè & citò relapſi, eſſe pœnitentiæ opera, cum vitæ emendatione conjuncta. Quod probatur primò ex Evangelica regula,* ex fructibus eorum cognoſcetis eos, *Matth. 7. quâ ſicut falſi Prophetæ, ſic falſi pœnitentes diſcernuntur à veris, & non plenè converſi à plenè converſis: & contrà.* 325

Caput 49. *Probatur ſecundò ex aliis verbis Salvatoris ibidem:* Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, &c. 327

Caput 50. *Probatur tertiò ex ſimilitudine arboris, de qua ibidem.* Ibid.

Caput 51. *Probatur quartò ex pleriſque aliis comparationibus, paraboliſque, tam ex Matth. 7. quàm ex Luc. 8. deſumptis, ex quibus vera pœnitentia à falſa, plenaque à non plena diſcernitur.* Ibid.

Caput 52. *Probatur quintò ex Joan. 14.* Siquis diligit me, ſermonem meum ſervabit, *&c.* 329

Caput 53. *Probatur ſextò ex Jacobi* 2. Quid prodeſt, ſi fidem dicat quis ſe habere; opera autem non habeat..... Oſtende mihi fidem tuam ſine operibus; & oſtendam tibi ex operibus fidem meam. Fides ſine operibus mortua eſt. 329

Caput 54. *Septimò ex Conciliis, Nicæno, Ancyrano, &c.* 330

Caput 55. *Octavò ex SS. Patribus, Cypriano, Baſilio, Nazianzeno, Nyſſeno, Ambroſio, Chryſoſtomo, Auguſtino, ad fidem dictis peccatoribus adhibendam, abſolutionemque impartiendam, non linguam tantùm, ſed manus etiam & opera, velut ſigna plenam converſionem probantia, requirentibus.* Ibid.

Caput 56. *Nonò, ex eo quòd laudatis Patribus concinant Innocentius I. Gregorius Magnus, Cæſarius Arelatenſis, Ivo Carnotenſis, Bernardus, Thomas Cantuarienſis, Thomas Villanovanus, &c.* 331

Caput 57. *Decimò ex mandato Innocentii XI. facto Procuratoribus Generalibus Ordinum Mendicantium, quo per eos Provinciis notificari juſſit, ut Confeſſarii ex fructibus pœnitentes dijudicarent, nec eos conſuetudinarios abſolverent, qui poſt tertiam & quartam admonitionem ſeſe non emendarent.* 333

Caput 58. *Undecimò, praxis veteris Eccleſiæ demonſtrat, plenam magnorum peccatorum converſionem pœnitentiæ operibus eſſe probandam.* Ibid.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Caput 59. *Duodecimò, idipſum demonſtrat communis hominum ſenſus.* 334

Caput 60. *Decimò-tertiò, id etiam ratio demonſtrat.* Ibid.

Caput 61. *Decimo quartò, propterea SS. Patres cenſuerunt, magnis peccatoribus non eſſe annuendum, dum medicinæ & ligaturæ impatientes, tamquam ſanati, ſtatim ſolvi, & ad altare mitti volunt.* Ibid.

Caput 62. *Ex his omnibus tandem infertur, centumque & duodecim argumentis probatur, abſolutionem mox impendendam non eſſe magnis peccatoribus, præſertim conſuetudinariis, vel facilè ac citò relabentibus, qui abſque præviis pœnitentiæ operibus præparatoriis, abſque etiam vitæ emendatione, ad confeſſionem accedunt; ſed ipſis, tamquam non converſis, vel ſaltem de inſufficienti converſione ſuſpectis, abſolutionem differendam. Ad cujus probationem quinquaginta priora argumenta proferuntur.* Ibid.

Caput 63. *Argumentum quinquageſimum primum, & quinquageſimum ſecundum.* 336

Caput 64. *Argumentum quinquageſimum tertium & quinquageſimum quartum.* 337

Caput 65. *Argumentum quinquageſimum quintum. Peccatores, poſt Confeſſionem Communionemque facilè, citò ac frequenter ad vomitum redeuntes, juſtiſſimum, atque in divina Scriptura & Patribus fundatiſſimum Confeſſario timorem incutiunt, ne ipſos Deus, ob ſupinam ſuæ ſalutis incuriam, dereliquerit, plenæ ſaltem converſionis gratiam ſubtrahendo. Ipſorum ergo converſionem, ſaltem plenam, juſtiſſime habet ſuſpectam.* 339

Caput 66. *Argumentum quinquageſimum ſextum. Timorem illum vehementer auget incuriæ illi addita perfidia magna in violando toties promiſſa Deo facta, totieſque irritum faciendo pactum, cum ipſo ſolemniter initum.* 340

Caput 67. *Argumentum quinquageſimum ſeptimum. Eundem timorem ſuperauget ingratitudo ſtupenda, poſt tot gratias, & Sacramenta ſuſcepta.* 341

Caput 68. *Argumentum quinquageſimum octavum. Amplius adhuc timorem illum auget Dei irriſio & contemptus.* 343

Caput 69. *Argumentum quinquageſimum nonum. Eundem denique timorem vehementiorem rurſus efficit præſumptio de miſericordia Dei, ſeu abuſus illius ad peccatum, circumſtantias antè memoratas frequenter concomitans.* Ibid.

Caput 70. *Argumentum ſexageſimum. In conſuetudinariis, facilèque, citò ac frequenter in crimina relabentibus, vitam proinde cadendo & confitendo tranſigentibus, plura vehementioraque ſigna ſunt reprobationis, nulla vel modica prædeſtinationis: vehemens ergo ſuſpicio eſt, Confeſſiones Communioneſque ipſorum utplurimùm laborare defectu debitæ diſpoſitionis.* 344

Caput 71. *Argumentum ſexageſimum primum. Tam juſta ſuſpicio eſt, ipſorum pœnitentiam, dum confitentur, vel eſſe fictam, vel non eſſe plenam ac ſufficientem, quàm juſta ſuſpicio eſt, ipſorum Confeſſionem, & Communionem, eſſe infructuoſam. Atqui de hoc juſtiſſima ſuſpicio eſt. Ergo, &c.* 347

Caput 72. *Argumentum ſexageſimum ſecundum. Juxta ſacros textus, meritò ſuſpecta eſt magnorum criminum pœnitentia, à qua facilè & citò receditur.* 347

Caput 73. *Argumentum ſexageſimum tertium. Eorumdem pœnitentiam vel falſam, vel non plenam, vel ſuſpectam, veteres habuerunt Patres, & Eccleſia antiqua.* 348

Caput 74. *Argumentum ſexageſimum quartum. Eorum pœnitentiam falſam, vel ſuſpectam habuerunt Hermas & Clemens Alexandrinus.* Ibid.

Caput 75. *Argumentum ſexageſimum quintum. Idem cenſent Tertullianus, & Ambroſius.* Ibid.

Caput 76. *Argumentum ſexageſimum ſextum. Similiter Chryſoſtomus & Gregorius Nyſſenus.* 349

Caput 77. *Argumentum ſexageſimum ſeptimum. Similiter Auguſtinus & Gelaſius Papa.* Ibid.

Caput 78. *Argumentum ſexageſimum octavum. Similiter etiam Gregorius Magnus, & Iſidorus.* 350

Caput 79. *Argumentum ſexageſimum nonum. Ex Conciliis Toletano III. ſub S. Leandro, & Romano ac Britannico, ſub Gregorio VII.* Ibid.

Caput 80. *Argumentum ſeptuageſimum. Ex ipſomet Gregorio VII. & D. Anſelmo.* 351

Caput 81. *Argumentum ſeptuageſimum primum. Ex notione ſeu deſcriptione pœnitentiæ, à ſanctis unanimiter Patribus tradita, & recepta:* Pœnitentia eſt mala præterita plangere, & plangenda iterùm non committere. Ibid.

Caput 82. *Argumentum ſeptuageſimum ſecundum. Ex iſtis aliis Sanctorum pronuntiatis:* Inanis eſt pœnitentia, quam ſequens coinquinat culpa. Vulnus iteratum ſanatur tardiùs. Frequenter peccans, & lugens, vix veniam meretur. Nihil proſunt lamenta, ſi replicantur peccata. Nihil valet veniam à malis poſcere, & mala denuò iterare. 352

Caput 83. *Argumentum ſeptuageſimum tertium. Ab infirmitatibus & vulneribus corporis SS. Patres arguunt ad infirmitates & vulnera animæ, ſimileque de iſtis ac de illis judicium ferunt. Atqui gravis infirmitas corporis ſufficienti remedio curata non cenſetur, dum facilè & citò redit. Ergo ſimiliter, &c.* Ibid.

Caput 84. *Argumentum ſeptuageſimum quartum. Patribus antiquis ſuccinunt Sancti noviſſimi. Imprimis Bernardus ſerm. 1. de Reſurrect.* 353

Caput 85. *Argumentum ſeptuageſimum quintum. Ex eodem Mellifluo Doctore ſerm. 2. de Aſſumptione B. Mariæ, aliiſque ſententiis ipſorum, præcedens argumentum roborantibus.* Ibid.

Caput 86. *Argumentum ſeptuageſimum ſextum. Ex Petro Bleſenſi, & S. Aëlredo.* 354

Caput 87. *Argumentum ſeptuageſimum ſeptimum. Ex eo quòd Henneguieri, aliorumque Adverſariorum opinio non ſtet cum variis aliis documentis S. Thomæ.* 359

Caput 88. *Argumentum ſeptuageſimum octavum. Ex S. Vincentio Ferrerio.* 360

Caput 89. *Argumentum ſeptuageſimum nonum. Ex S. Thoma Villanovano.* Ibid.

Caput 90. *Argumentum octuageſimum. Ex S. Carolo Borromæo.* 361

Caput 91. *Argumentum octuageſimum primum. Ex aliis Regulis, traditis ab eodem ſancto Carolo.* 363

Caput 92. *Argumentum octuageſimum ſecundum. Ex magna authoritate illius doctrinæ S. Caroli in Eccleſia.* 364

Caput 93. *Argumentum octuageſimum tertium. Ex S. Franciſco Xaverio.* Ibid.

Caput 94. *Argumentum octuageſimum quartum. Ex S. Franciſco Saleſio.* 365

Caput 95. *Argumentum octuageſimum quintum. Ex Concilio Tridentino.* Ibid.

Caput 96. *Argumentum octuageſimum ſextum. Ex Innocentio XI. propoſitionem hanc 60.* ut minimùm tamquam ſcandaloſam, & in praxi pernicioſam *damnante :* Pœnitenti habenti conſuetudinem peccandi contra legem Dei, naturæ, aut Eccleſiæ, etſi emendationis ſpes nulla appareat, nec eſt neganda, nec differenda abſolutio; dummodò ore proferat ſe dolere, & proponere emendationem. Ibid.

Caput 97. *Argumentum octuageſimum ſeptimum. Ex tribus primis propoſitionibus, ab eodem Innocentio XI. proſcriptis.* 367

Caput 98. *Argumentum octuageſimum octavum. Ex variis Cenſuris graviſſimorum Galliæ Epiſcoporum.* 368

Caput 99. *Argumentum octuageſimum nonum. Ex præclara Cenſura, ſapientiſſimiſque de pœnitentia regulis Illuſtriſſimi D. Guidonis de Seve, laudatiſſimi Epiſcopi Atrebatenſis, adverſus propoſitiones ſeptem P. Jacops.* Ibid.

Caput 100. *Argumentum nonageſimum. Ex caſibus, in quibus negandam vel differendam abſolutionem, ſapientiſſimi docent Cardinales, & Epiſcopi.* 369

